

LEGES SCHOLASTICÆ  
ACADEMIÆ MARPURGENSIS,  
QUIBUS OBSTRINGUNTUR II, QUI RECENS NOMINA  
sua apud Rectorem proficiuntur.

I.

**Q**UI MARPURGUM studii gratiâ missus fuerit, vel sponte venerit, intra hebdomadam RECTORI nomen dato. Quod si non fecerit, Statuti per Nomenclatorem admonetur, cui si non paruerit monitus, in eum multæ vel notæ, perinde atq; in Studii & Magistratus contemptorem, RECTORI jus esto.

- II. RECTORI ut Ordinario Magistratui in omnibus licitis & honestis ordinem Studioforum decentibus pareto, honoremq; deserto: neglecti pervicaciter imperii pœna gravis esto.
- III. In RECTOREM contumeliis vel vi grassatus Studiosus, de Concilii sententiâ vel relegator, vel infamis omninò excluditor.
- IV. Præterea omnibus Doctõribus, Professõribus, Itẽ honoratis ornatisq; in utroq; sexu personis, honoris ergò caput Studiosus adaperito, de via decedito: Turpe enim est literas discere absq; moribus.
- V. A Lectionibus, maximè publicis per incuriam Studiosus ne emaneto: Frequens emanator arbitrio RECTORIS emendator: Sin verò inemendabilis ad ignaviam redierit, ex Academia & oppido pariter exterminator, ne ignavia sua unus, velut contagione plures corruptat.
- VI. Omnes etiam domestici Magistrorum discipuli pro captu, vel in publicas Lectiones, vel Pædagogium eunto.
- VII. In publico honestè versator: cum nullo rixam pugnamve contrahito: Noctu per plateas ne cursitato, sed in Musæo tuo te contineto. In transgredientem animadversionis cura RECTORIS esto.
- VIII. Arma Studiosus in civitate nisi sua, id est, scholastica ne gestato: contra fecisse probatus ea amittito, præterea aureum multæ nomine RECTORI solvito.
- IX. Si quis Studiosus Civem vel Studiosum vel quemvis alium invaserit telo vulneraveritvè, telum RECTORI cedito: Duorum insuper solidorum, id est, aureorum pœnam sustineto, vulnerato læsivè satisfacito.
- X. Ad Tabernas meritorias turpiavè lustra ne accedito, scortumvè ductato, convictus flagitii pro RECTORIS arbitrio punitor.
- XI. Novitium vel quemvis alium Studiosum comestatum, helluatum scortatumvè si quis Studiosus adduxerit, aut quovis alio modo in nequitiaæ aleavè gymnasium pellexerit, corruptelaæ nomine carceri mancipator, nec nisi persolutis RECTORI duobus aureis emittitor.
- XII. Studiosus cum Studiofo aleâ pro pecunia ne ludito, aut utrumq; RECTOR, quantum æquum fuerit, punito. Præterea victor victo quod abstulit restituito. Fædum enim est illos se invicem spoliare, quos eorundem stipendiorum commilitones mutuò sibi adesse ultroq; opem adferre condecibat.
- XIII. Nullus Studiosus nuptialibus saltationibus, quæ ferè publicè fiunt in Curia, setemerè admisceto, propter discordiam, quæ in choreis hujusmodi, ut puta inter dissimiles coalescit levissimè, & raro exit sine vulnere. Similiter à quibusvis aliis Idiotarum computationibus, & intemperis abstineo: memor diversum vitæ genus profectos nunquam ferè pacem bona fide inter se colere, sed perfacilè inter eos turbas & certamina gliscere.

Ex Autographo transcriptæ Cal. Jan. Anno MDCVII.



LEGES SCHOLASTICÆ  
ACADEMIÆ MARPURGENSIS,

QUIBUS OBSTRINGUNTUR II, QUI RECENS NOMINA  
sua apud Rectorem profitentur.

I.

**Q**UI MARBURGUM studii gratiâ missus fuerit, vel sponte venerit, intra hebdomadam RECTORI nomen dato. Quod si non fecerit, Statuti per Nomenclatorem admonetur, cui si non paruerit, monitus, in eum multa vel notæ, perinde atq; in Studii & Magistratus contemptorem, RECTORI iusesto.

- II. RECTORI ut Ordinario Magistratui in omnibus licitis & honestis ordinem Studioforum decentibus pareto, honoremq; deferto: neglecti pervicaciter imperii pœna gravis esto.
- III. In RECTOREM contumeliis vel vi graffatus Studiosus, de Concilii sententiâ vel relegator, vel infamis omninò excluditor.
- IV. Præterea omnibus Doctõribus, Professoribus, Itẽ honoratis ornatisq; in utroq; sexu personis, honoris ergò caput Studiosus adaperito, de via decedito: Turpe enim est literas discere absq; moribus.
- V. A Lectionibus, maximè publicis per incuriam Studiosus ne emaneto: Frequens emanlor arbitrio RECTORIS emendator: Sin verò inemendabilis ad ignaviam redierit, ex Academia & oppido pariter exterminator, ne ignavia sua unus, velut contagione plures corrumpat.
- VI. Omnes etiam domestici Magistrorum discipuli pro captu, vel in publicas Lectiones, vel Pædagogium eunto.
- VII. In publico honestè versator: cum nullo rixam pugnamve contrahito: Noctu per plateas ne cursitato, sed in Musæo tuo te contineto. In transgredientem animadversionis cura RECTORIS esto.
- VIII. Arma Studiosus in civitate nisi sua, id est, scholastica ne gestato: contrà fecissè probatus ea amittito, præterea aureum multæ nomine RECTORI solvito.
- IX. Si quis Studiosus Civem vel Studiosum vel quemvis alium invaserit telo vulneraveritvè, telum RECTORI cedito: Duorum insuper solidorum, id est, aureorum pœnam sustineto, vulnerato læsivè satisfacito.
- X. Ad Tabernas meritorias turpiavè lustra ne accedito, scortumvè ductato, convictus flagitii pro RECTORIS arbitrio punitor.
- XI. Novitium vel quemvis alium Studiosum comessatum, helluatum scortatumvè si quis Studiosus adduxerit, aut quovis alio modo in nequitiaæ aleævè gymnasium pellexerit, corruptelæ nomine, carceri mancipator, nec nisi persolutis RECTORI duobus aureis emittitor.
- XII. Studiosus cum Studiofo aleâ pro pecunia ne ludito, aut utrumq; RECTOR, quantum æquum fuerit, punito. Præterea victor victo quod abstulit restituito. Fœdum enim est illos se invicem spoliare, quos eorundem stipendiorum commilitones mutuò sibi adesse ultroq; opem adferre condecibat.
- XIII. Nullus Studiosus nuptialibus saltationibus, quæ ferè publicè fiunt in Curia, setemere admisceto, propter discordiam, quæ in choreis hujusmodi, utputa inter dissimiles coalescit levissimè, & rarò exit sine vulnere. Similiter à quibusvis aliis Idiotarum compotationibus, & intemperis abstineo: memor diversum vitæ genus professos nunquam ferè pacem bona fide inter se colere, sed perfacilè inter eos turbas & certamina gliscere.

Ex Autographo transcriptæ Cal. Jan. Anno MDCVII.